

qualitas, secundum qua poterit fieri condemnatio: An possit deinde lata sententia fiscus dare capitula ad probandum qualitate non expressam: vide per eundem Bertaz. in consil. crimin. 197. Et an fisco possit concedi in integrum restitutio? vide per eundem consil. 198. Giach.

e Bona futura. Nec etiam additionalia, quod esse verissimum probat text. in l. si tibi mandauero, §. is cuius, ff. mand. leg. interdicit, ff. de cond. & dem. Dec. consil. 438. num. 10. l. si ita stipulatus fuerim, §. cum stipulamur, ff. de verbo. oblig. Rom. fin. 170. Dec. consil. 235. nu. 5. Idem post Alex. & Bar. in l. 3. §. si ff. quod quis. iur. Vide copiosius Ar. Pin. in rubric. de bon.

uitatis neque extra: quia talis sententia lata secundum ius commune, illum afficit ubique locorum. Aut vero fuit condemnatus ad mortem pro delicto, ex quo imponitur pena mortis per statutum illius civitatis, & non de iure communi. Vel fuit condemnatus, contra formam iuris communis, puta in contumaciam, stante statuto, de quo supra, quod contumax habeatur pro confesso: & tunc est distinguendum, an iste bannitus peruenit in fortiam communis, vel non. Nam priusquam perueniat in fortiam communis, secundum magis communem sententiam, non est adhuc effectus servus pena, ut dixi supra libro 2. §. bannitus. & ideo poterit testari. Et in hoc omnes concordant, ut dicit Ar. in dict. l. eius, qui. §. 1.

post numer. 3. versic. vnus est. Neque in hoc ego facio differentiam, an sit bannitus cum confiscatione bonorum, vel non: quia ad hoc, ut quis dicatur testabilis, vel intestabilis, non considerantur bona, sed status personae. Ideo dato, quod eius bona essent confiscata, poterit adhuc testari de bonis, si quae habet extra territorium civitatis, a qua est bannitus: illa enim non comprehenduntur in confiscatione bonorum, ut dixi infra lib. 5. §. fin. quest. 78. Versicul. Quero nunquid. Item de illis, quae acquireret post confiscationem. Nam in publicatione bonorum non veniunt futura, ut dixi. Item dato etiam, quod nulla bona haberet, non est sine utilitate, ut quis possit condere testamentum, ut dixi infra questione 20. versicul. Relegatus.

mat. 7. par. nu. 2. 3. & 26. & Caph. toto consil. 121. volu. 3. praesertim nu. 49. & 52. & Menoch. consil. 101. vol. 1. Gouean.

Aut vero iste bannitus peruenit in fortiam communis, & tunc non potest testari, ut dixi infra quest. 11. versic. Aut vero: Et adverte quia in hoc articulo ego non facio vim, an talis bannitus, siue ex tenore sententiae, siue ex forma statutorum, possit impune offendi, vel non. Cum enim illa qualitas, quod possit impune offendi, non respiciat statum personae, non videtur habenda in consideratione, quo ad hoc, an quis efficiatur intestabilis, vel non.

QVÆSTIO XX. SUMMARIÆ.

Ex Claro. 1 Bannitus an possit capere ex testamento.

2 Et an saltem bona posita extra territorium civitatis, a qua est bannitus. Ex Additionibus.

1 Quatenus bannitus hereditatem ex testamento capere possit. 2 Quo remedio bannito ab omni successione excluso succuratur.

ADDITIONES.

An bannitus possit capere ex testamento. Communiter recepta conclusio est: Quod si bannitus stante statuto, eum impune offendi posse, queat succedere beneficio iuris communis, & capere hereditates, vel testamento, vel ab intestato devenientes, non autem que ex iure municipaliter deferuntur: sin autem impune offendi nequeat, utroque iure tam communi, quam municipaliter ad hereditates admittatur. Et ita citra Doctores hic recitatos, tradunt Tiraquell. de retractat. lignag. §. 1. gloss. 9. num. 27. Hipolyt. de Marfil. in pract. crimin. §. aggressior, num. 100. Bossius in tit. de bonorum publicat. num. 69. Ioan. Caph. consil. 324. nu. 18. lib. 3. hof. que laudans Mich. Graffus lib. 1. recept. sentent. §. institutio. quest. 3. Harprec.

QVÆSTIO XX.

Irca secundum: An bannitus possit capere ex testamento, multa etiam traduntur per Scribentes, maxime in locis ordinarijs. Bartolus in praallegata quest. sua prima, incipit Lucana civitatis, numero vigesimo nono, distinguendo dicit quod aut bannitus non potest virtute statuti illius civitatis impune offendi, & tunc est capax omnium successorum, quae illi deferuntur tam ex beneficio iuris municipalis illius civitatis, quam ex dispositione iuris communis: sed si potest impune offendi, tunc non poterit succedere in hereditate sibi delata ex beneficio statutorum illius civitatis erit tamen capax iurium, & successorum, quae illi deferuntur de iure communi. Et hanc opinionem Bartolus dicit esse communem, Alexand. in l. 1. nu. 4. C. de hered. institue-

dis quem refer Ruin. consil. 49. num. 3. lib. 4. Idem etiam dicit Alex. consil. 26. nu. 2. in fin. lib. 1. quem refert Vant. de null. in Rubr. ex inhabilitate, nu. 15. Nellus de bann. in 1. parte, secundi temporis, quest. 5. Corn. consil. 29. in primis verb. lib. 2. & consil. 52. in littera Leod. vol. Alexan. consil. 74. n. 2. lib. 1. quem refert Blan. de compromiss. in 2. quest. num. 16. Clau. in l. Gallus. §. nunc videndum post num. 4. & in lex factio, num. 4. ff. ad Trebell. Curt. Sen. consil. 59. num. 19. Curt. Inn. consil. 182. num. 4. Iason consil. 166. column. 1. libro 2. & in l. 1. numero 5. & sequent. C. de hered. institut. Ripa in d. §. ex facto numero 14. ff. ad Trebell. Et sic videtur magis communem opinionem esse, quod bannitus sit capax successorum, quae ei deferuntur ex dispositione iuris communis.

2 Et hanc quidem conclusio de plano procedit, quantum ad bona sita extra territorium (illa enim non possunt affici ex banno, quod emanant in alieno territorio) & sic remanent in dispositione iuris communis. Sed quid de bonis sitis intra territorium civitatis, a qua iste reperitur bannitus? Respond. Rayner. in d. l. 1. C. de hered. Instit. tenet, quod nullo modo, iste bannitus possit in huiusmodi bonis succedere. Licet enim ius proprium illius civitatis non possit banniendo tollere ius commune: potest tamen illud offuscare, & adumbrare, ita ut in suo territorio effectum non sortiatur. Et hanc opin. dicit esse communem. Ias. in praalleg. consil. 166. col. 3. vers. quarto facit. lib. 1. Sed quidquid dicat Ias. credo, quod magis communis opinio sit in contrarium, scilicet, quod imo etiam si bannitus possit impune offendi, retineat beneficium iuris communis, etiam quo ad bona posita intra territorium illius civitatis. prout hanc esse magis communem senten-

b Attestatur Ripa. Adde Bartol. Bald. Angel. Sal. Alexand. Corn. ad l. 7. C. de hered. institut. & late Caph. consil. 154. vol. 3. Jul. Clar. pract. crim. §. fin. q. 71. Menoch. consil. 91. num. 2. & consil. 201. per tot. vol. 1. Gouean. **c Si extaret statutum excludens.** De cautela ad succurrendum bannito; vide per Duran. de arte testan. tit. 1. caut. 10. in fin. Cepol. cautel. 38. in fin. Caphal. consil. 334. n. 29. & per Rim. iun. consil. 379. num. 85. cum duob. seqq. Giach.

b sententiam b attestatur Ripa in d. l. ex facto. §. ex facto. n. 15. Maranta in repet. leg. is potest nu. 119. ff. de acquir. hered. Et quod bannitus retineat beneficia iuris communis, etiam in civitate, a qua exulat, non videtur dubitandum: ex quo multi ex Doctoribus, per me supra allegatis, ita attestantur esse communem opinionem, & recenset auctoritates, quae facile dinumerari possunt, & illam etiam credo veriore esse: nam huiusmodi banna, quae contra absentes proferuntur, sunt valde exorbitantia a dispositione

Si extaret statutum excludens expresse bannitum ab omni iure, & c. Cautela, si sine remedium, quo quisquam eiusmodi bannito succurrere valeat, tale est: quod videlicet alius haeres instituat, & rogetur, hereditatem huiusmodi bannito restituere, cum redierit in gratiam, & restitutus fuerit, argument. l. in tempus. 62. ff. de hereditibus instituend. Et sane cautela suggerit Ioannes Dilectus Durantus in tract. de art. restand. tit. 1. cautel. 10. in fine. Harprec.

QVÆSTIO XXI. SUMMARIÆ.

Ex Claro. 1 Condemnatus ad mortem an possit testari. 2 Et quid si ex manibus iudicum aufugerit. 3 Et quid si genus mortis, ad quod fuit condemnatus, est a iure prohibitum. 4 Et quid si fuerit in contumaciam condemnatus. 5 Et an talis condemnatus ad mortem possit testari ad pias causas. Ex Additionibus. 1 Condemnatus ad mortem an testamentum facere possit.

ADDITIONES.

Vm per condemnationem effectus sit servus pena, non poterit testari. Indubitatum est, 1 damnatum ad mortem testamentum condere non posse. l. si quis filio. 6. §. sed & si quis. 6. ff. de iniust. rupt. irr. fact. test. l. ex iudiciorum, 20. ff. de accus. l. qui ultimo, 29. ff. de penis. Huiusque prohibiti onis ratio sita est parum in publicatione bonorum, partim in eo, quod damnati ad mortem amittebant civitatem, & libertatem, & pena servitii efficiebantur, d. l. qui ultimo, 29. ff. de pen. §. 1. Insuper hoc quidem iure Digestorum obtinere, inter omnes constat: sed an idem iure Nouellarum procedat, ambigitur: Et idem etiamnum hodie procedere, Doctores communioribus calculis concludunt Bart. in d. l. qui ultimo, 29. ff. de pen. & in l. eius, qui §. §. vlt. ff. qui testam. fac. poss. Couar. in rub. de test. par. 3. nu. 27. Natta consil. 178. Far. in praxi crim. de var. ac divers. quest. 9. 102. num. 118. inspect. 2. Valquius de successione. resol. lib. 1. §. 3. num. 34. cum seqq. &

2 Quid de eo hodie statuendum. 3 Iure nouissimo nemo, propter delictum aliquod, servus pena efficiatur. 4 Obiectio diluitur. 5 Damnatus ad mortem si ex manibus iudicis eripiat, nunquid testari queat. 6 Quid si pena, ad quam fuit condemnatus, iure sit prohibita. 7 Et quid si a sententia fuerit appellatum. 8 Crimen mortalitate extinguitur. 9 Absens damnatus, per sententiam ex forma statuti, quod absens pro confesso habeatur, quatenus testari possit. 10 Sententia condemnatoria, vigore statuti municipalis lata, extralocum porrigere effectum suum nequit.

QVÆSTIO XXI.

Vero nunquid condemnatus ad mortem possit testari? Respondeo quod aut talis condemnatus est praesens, ita quod post condemnationem statim faciendum est executio: & hoc casu, cum per condemnationem effectus sit servus pena, non poterit testari. Et haec est communis opinio. Et dicit Bal. in l. fin. nu. 15. C. si a non compet. iud. que refert Apostil. ad Ang. de malef. in verbo, Et ibi caput, sub nume. 20. Idem dicit Apostil. supra allegata, sub num. 23. & hoc sine effectus condemnationis secundum ius commune, siue secundum statuta illius loci: nam utroque casu proculdubio est intestabilis, quantum ad bona sita in illo territorio. Quo ad

lib. 3. controuersiar. illustr. c. 96. nu. 2. & 3. Graffus lib. 1. recept. sent. §. test. q. 26. num. 2. Cuiac. in d. l. eius, qui §. 8. in fi. ibique Ferr. num. 10. ff. qui test. fac. poss. Peregrin. lib. 3. de iur. fisc. tit. 2. nu. 4. Gail. lib. 1. de pace p. b. c. 19. nume. 8. Thadeus Pisto lib. 1. var. resol. c. 3. n. 2. Donell. lib. 6. Commentar. de iur. cit. ca. 16. ibique. Hilliger. in suis not. ad lit. L. Dauth. in tract. de test. tit. qui testa. fac. poss. num. 209. Rolandus Passagorius in tract. de testam. & vlt. vol. rub. 2. num. 30. & seq. Ant. Faber. de erroribus prag. decad. 73. D. Bocer. lib. 1. de bello. c. 29. num. 21. Arumæus Exercit. Iust. 7. thes. 7. Cramerus diceptat. 11. th. 17. Barter decad. 6. q. 9. Schroter. diatrib. domesti. car. dec. 5. q. 3. Viegner. disputat. 7. ad Inst. th. 4. ad littera I, Treutler. vol. 2. disputat. 10. th. 2. ad lit. B. Matthias Berlichius conclusio. practicabilium, part. 3. conclus. 8. nume. 3. & seq. alijq; nonnulli. At contrariam sententiam, quod videlicet hodie capituli iudicij addicte testi possint, tanquam veriore, & benigniorem probant, Alberi. de Rosat. ad. d. l. eius, qui §. 1. num. 1. ff. qui test. fac. poss. & in auct. bona damnator, num. 2. C. de bon. damnator. Viglius in §. sed

§. Sed haec tenus, nu. 9. Infit. de milit. test. Salic. in Auth. sed hodie nu. 2. C. de don. inter vir. & vxor. Ioan. Ignis in l. 1. §. qui sibi. nu. 108. ff. de S. C. Silanian. Petr. Gregor. lib. 42. syntagm. iur. vniuers. c. 8. nu. 11. Heigius in §. eius, qui §. nu. 5. cum seqq. Infit. quibus non est permiff. fac. testa. Forster. lib. 2. disput. 12. the. 14. Hachelman. disp. illustr. 16. the. 4. lit. S. Ne. bell. disp. 19. the. 2. lit. B. Matth. Coler. decif. 34. nu. 3. & 6. Matth. Stephani centur. 2. q. 54. lit. A. & alij. Cum enim nouiffimo iure, nemò propter delictum, quantumuis atrox, poenae feruus efficitur, dict. Auth. sed hodie, C. de donation. inter virum, & vxor. Nouell. 22. cap. 8. & dānatū propter aliquod crimen publicatio bonorum nō comittitur, excepto maiestatis crimine, Authent. bona damnatorum, C. de bonis proscriptor. seu dānatorum. Nouell. 134. c. vlt. circa finem, mutata, & cessante, ratione iuris veteris, quae damnatis ad mortem testamenti factionem adimebat; non male afferitur, ita dānatos hodie testamentū facere posse, argu. cap. cum cessante, 60. de appellat. & similitum.

4 Nec obstat quod diffidentes existimant, ne quidē hodierno iure hac in parte aliquid immutatum, quia cessante bonorum publicatione, ipso iure ad ascendentes, vel descendentes, idest, parentes, vel liberos bona damnatorū transferatur, sique ijs adimantur. Nā libertatem, & consequenter etiam ciuitatem, condemnas saluam, & integram manere, satis patet ex dicta Authentica sed hodie, C. de donat. inter virum, & vxorem, & d. Nouell. 22. cap. 8. iunctio. §. 1. in fit. de cap. de minut. & ijs, quae ibi notauimus. Et quod ad liberos, vel parentes, bona deuolui dicuntur: non impedit quod minus condemnati, facto testamento, aliam bonorum diuisionem faciant: relicta tamen parentibus, & liberis legitima. Siquidem dispositionem istam tantum ab intestato obtinere; & ut benigniorem, non solum in liberorum, & sed & condemnatorum commiserationem proditam esse, colligi videtur ex d. Nouell. 22. c. 8. & docet Heigius in d. §. eius qui §. Infit. quibus non est permiff. face. test. vbi subiicit, hanc opinionem constitutione Electorali 6. p. 3. approbatam esse. Idem testatur in l. admonendi. 13. num. 494. ff. de iure iurand. Idemque prolixius explicat Berlichius d. par. 3. cōcl. 8. num. 11. & sub seqq. Harpre.

b *Aufugerit.*] an saltem possit de bonis post condemnationem quaeritur, testari, vide Ben. Capr. inter commun. opin. vol. 1. veri. testamentum condemnati. *Gouean*

5 *Ex manibus Iudicium aufugerit, &c.*] Et si damnatus ad mortem, post sententiam condemnationis latam aufugiat, aut ex manibus Iudicis etipiat: nihilominus tamen eum testari non posse, vltra Clarum nostrum hic, tenent Michael Grassus, dicto §. testamentum, q. 26. num. 4. Cypcius decif. 102. numer. 104. Surdus consil. 90. nume. 12. lib. 1. Peregrin. dict. lib. 3. de iure fisc. tit. 2. nu. 3. Farinac. praedicta quaest. 102. inspect. 2. num. 115. eosque citans Thadæus Pifo dict. lib. 1. var. resolution. c. 3. nu. 4. nec non Nicolaus Reusner in tractatu de Testamentis, par. 2. cap. 38. numero 3. Harpre.

6 *Sed pone, quod Iudex cōdemnat reum ad poenam mortis, &c.*] Quod si poena per sententiam imposita sit a iure prohibita, condemnatus non efficitur interstabilis, praeter hoc loco allegatos tradit quoque Grassus, dicto §. testamentum, q. 16. nu. 6. Idem planē est, si a sententia condemnatoria fuerit appellatum. Si quis (inquit) in capitali crimine dānatus appellauerit, & medio tempore, pendere appellatione fecerit testamentum, & ita decesserit: valet eius testamentum, l. qui a latronibus, 13. in fin. ff. qui testam. fac. poss.

8 Integri enim status cedunt, qui in reatu obdunt, crimenque mortalitate extinguunt, l. vlt. ff. ad leg. Iul. maieft. l. 2. C. si reus, vel accus. mort. fuerit, Grassus dict. q. 26. num. 7. Reusner. d. par. 2. cap. 38. nu. 13. & seq. Pifo. d. lib. 1. cap. 3. nūmer. 11. alijque per hunc relati. Harpre.

d *Aut verò talis condemnatus erat absens, &c.*] Quando sententia fertur in absentem ex forma statuti, quod absens habeatur pro confesso: tunc taliter damnatus non amittit libertatem, nec feruus poenae efficitur, ac proinde testari poterit secundum ius commune, nō vero secundum ius municipale, siue formam statuti: dummodo testetur de bonis extra territorium illud, in quo fuit condemnatus, in quo fuit constitutus. Sententia namque condemnationis, vigore statuti municipalis lata, extra locum effectum suum porrigere non potest. Ita sentiunt Bald. Salicet. & Corn. in l. 1. C. de hered. inst. Grass. d. q. 26. nu. 8. & Far. d. praxi. crim. de var. ac diuers. q. 4. 102. inspect. 1. nu. 1. & 4. Harpre.

QUESTIO XXII. SVMMARIA.

- Ex Claro.
- 1 *Deportatus an possit condere testamentum.*
 - 2 *Et an possit capere ex testamento.*
 - 3 *Et quid in relegato.*
- Ex Additionibus.
- 1 *An Deportatus nouo iure testari queat.*

ADDITIONES.

Nunquid deportatus possit condere testamentum.] Quod deportatus si ne quidem hodie testari possit, tenent Bartol. & alij communiter in l. eius, qui §. 1. ff. qui testamen. fac. poss. Peregrinus libro 3. de iure fisc. tit. 5. num. 7. Fernandus Vafq. de success. progress. §. 1. & de success. resolut. §. 3. Michael. Grass. lib. 1. recept. sent. §. testamentum, q. 17. nu. 1. Thadæus Pifo lib. 1. var. resolut. c. 3. num. 14. & Nicolaus Reusner in tract. de test. par. 2. c. 56. nu. 12. & seq. Harpre.

b *Nunquid deportatus possit capere ex testamento.*] Deportatus nec aliquid capere ex alterius testamento, nec ab intestato succedere potest. l. 1. ibique Bart. Bald. Angel. Salic. Iaf. Sichard. & Gilchen. C. de heredib. instituen. Grass. d. lib. 1. recept. sent. §. legatum, q. 10. & §. institutio. q. 2. nu. 2. & d. §. test. q. 17. n. 2. Vilalob. commun. opin. litt. D. num. 92. Vafq. de success. progress. §. 2. num. 4. & lib. 3. controu. illustr. cap. 102. num. 3. Francisc. Bufar. consil. 4. nu. 28. & Peregrinus d. lib. 3. tit. 5. nu. 2. Eiusque ratio manifeste est: quia hereditas est nomen iuris civilis, l. lege obtinere 130. ff. de verbor. significat. cuius iuris respectu deportatus pro mortuo habetur, l. 1. §. penult. ff. de bonor. possess. contr. tabul. l. si necem. 4. §. si deportatus 2. ff. de bon. libert. Reusner. dicto cap. 56. nu. 12. in fine. Sane quod deportatus licet non per vltimā voluntatem: tamen per contractum acquirere potest: quoniam non amittit ea, quae sunt iuris gentium, l. sunt quidam 17. in fine. ff. de poenis. Atqui quod contractus iuris gentium esse constat. l. ex hoc iure 5. ff. de iustitia, & iur. l. iuris gentium. 7. §. 1. ff. de pact. Sichard. in d. l. 1. nu. 3. C. de heredib. instit. Peregr. d. lib. 3. tit. 5. nu. 10. Cephal. consil. 324. nu. 16. & 17. lib. 3. Farin. de var. ac diuers. quaest. quaest. 102. inspect. 3. nu. 163. Thad. Pifo d. lib. 1. var. resolut. cap. 3. num. 15. Harpre.

- 2 *Nunquid deportatus aliquid ex testamento capere, aut ab intestato succedere possit.*
- 3 *Deportatus pro mortuo habetur.*
- 4 *Deportatus non amittit, quae sunt iuris gentium.*
- 5 *Contractus sunt iuris gentium.*
- 6 *Si deportatus sit heres institutus, cui illa hereditas deferatur.*
- 7 *Intellectus l. hereditas 4. C. de his, quib. vt indignis, &c.*
- 8 *Sententia l. si deportati 7. in princ. ff. de leg. 3.*
- 9 *Relegatus testari potest, etiamsi in sententia relegationis ei bona sint confiscata.*

Questio XXII. *Varo, nunquid deportatus habeat testamenti factionem?* Respondeo, hac quaestio pariter habet duo capita, intelligendo de factione testamenti actiue, & passive, vt dixi supra, quaestione 18. Si ergo quaeris, nunquid deportatus possit condere testamentum? Respondeo, quod non; & de hoc est text. in l. eius qui, §. 1. de testamen. intelligendo ibi, verbum, deportatus, vt stet in casu nominatiuo non autem in genitiuo, prout intelligit ibi glos. subaudiendo, verbum, bona, & male iudicio meo. Et haec opinio, quod deportatus non possit testari, communiter tenetur, vt dicit Imolan in cap. quia ingredientibus, post num. 30. de testam. Illam etiam dicit esse communem, Maranta in repet. l. is potest, num. 17. ff. de acquir. heredit. Natta in repet. §. ex imperfecto, num. 51. amittit enim deportatus libertatem, & omnia, quae sunt iuris civilis, &c.

b *Si autem quaeris, nunquid deportatus possit capere ex testamento?* Resp. pariter, quod non. Est enim talis deportatus prorsus incapax omnis successione: vt dixi supra hoc eodem lib. §. 1. & est communis opinio, vt dixit Alex. in l. 1. num. 2. C. de hered. instit. Hereditas autem ipsa non applicatur fisco, neque fisco illam aufert a deportato, tanquam ab indigno, sed perinde succeditur defuncti.

c *Hereditas autem ipsa non applicatur fisco.*] Si deportatus sit de facto heres institutus, tunc alij instituti, vel venientes ab intestato succedunt, excluso fisco, vt tradunt Cyn. num. 2. Franc. Aret. nu. 2. Bart. nu. 1. Alber. de Rosar. nu. 2. Ang. nu. 3. Castrenf. num. 3. Iaf. num. 3. Fulgos. num. 4. Salicet. num. 9. Philip. Corn. nu. 12. hofque referens Gilchenius nu. 42. in d. l. 1. C. de heredibus institut. & Michael Grass. d. §. institutio. q. 2. in fin. Etenim ad hoc, vt fisco bona auferre possit necessarium est, vt aliqua sit hereditas cum alias fisco applicari: nequeat. Iam vero certum est, deportatum, neque ex testamento, neque ab intestato quippiā acquirere posse, dicta l. prima, §. pen. & vlt. ff. de bonor. poss. com. tab. d. l. si necem 4. §. 2. ff. de bon. libert.

7 Non obstat, l. hereditas. 4. C. de his, quibus, vt indignis hereditas auferretur, vbi dicitur: Nā id locū habet in his, qui capaces sunt ipsius testamenti: sed tamen ob aliquod factū indigni redduntur, ita vt fisco ex ea causa hereditatem auferre possit. Sic quoque nō adferatur, l. si deportati 7. in princ. ff. de leg. 3. vbi legatū seruo deportati relictum fisco applicatur. Breuiter enim responderetur: in ista lege idcirco legatum fisco cedere, quod seruus fisci reuera sit. Neque ad re pertinere, quod seruus deportati appellatur: causa quippe precedet, dominij hoc impetrasse videtur, Fulg. in d. l. 1. nu. 5. C. de heredib. instit. Sed vide istam legē accuratius explicantem Petrum Gilcheniū, ibidem nu. 46. Harpre.

d *Relegatus autem non perdit testamenti factionem, licet in sententia relegationis sint etiam confiscata eius bona.*] Adde, praeter rationes hic expositas, & illam: quod bonorum publicatio futura bona, quae relegatus acquirere, & de quibus testari potest, non includit, l. si mandauero 22. §. is cuius, 5. ff. mandati. Et notant Castrenf. in l. eius, qui §. 8. §. si cui. 1. ff. qui testam. fac. poss. Peregrin. d. lib. 3. de iur. fisc. tit. 5. nu. 14. & Thadæus Pifo d. lib. 1. var. resolut. cap. 3. num. 29. & seq. Harpre.